Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



In illa die peribunt omnes cogitationes eorum; quae scilicet dulcis cogitationes intel
legi et iam per lapidum significationem ualent; Nam sequitur; et non relinquent inte
lapidem super lapidem; peruersa enim mens cum peruersae cogitationi adhuc
peruersiorem adicit quid aliud quam lapidem sup lapidem ponit; sed in de struta
ciuitate super lapidem lapis non relinquitur. Quia cum ad ultionem suam anima de
ducitur omnis ab illa cogitationum suarum constructio dissipatur; eo quod non cogno
uerit tempus uisitationis suae; peruersam quaeq: animam omnipotens dei modis multis
uisitare consueuit. Nam ad si dua hanc uisitat per ceptio: aliquando uero miraculo ut et
uenit quae nesciebat audit. et tamen adhuc superbiens atq: contemnens aut dolore
compunctus redeat aut beneficius deuictus malum quod fecit erubescat; Sed quia
uisitationis suae tempus minime cognoscit illis in extremo uitae inimicis tradit
cum quib: in aeuo iudicio damnationis suae societate colligatur; et ingressus in tem
plum coepit eicere uendentes in illo et ementes; sicut templi ut in ciuitate. id est ita
in plebe fideliuitta religiosorum et saepe nonnulli religionis habitum sumunt. Sed dum
sacrorum ordinum locum percipiunt sacae religionis officium in commercium terrenae
negotiationis tribuunt.. Uendentes quippe in templo sunt qui hoc quod quib: dam
iure conpetit ad praemium largiuntur; iustitiam enim uendere id est hanc praemii
acceptione seruare; ementes uero in templo sunt qui dum hoc persoluere proximo quod
iustum est nolunt dum quem rem iure debitam facere contemnunt., Data patronis
praemio emunt peccatum; quib: benedicitur. domus mea domus orationis est. Uos
autem fecistis eam speluncam latronum; quia dum non puersi homines locum religionis
tenent ibi malitiae suae gladius occidunt ubi uiuificare proximos orationis suae in
cessione debuerunt., Templum quoq: et domum dei id est ipsam mens atq: conscientia
fidelium. Quae si quando in lesione proximi peruersas cogitationes profert quasi in spe
luncam latronis resident et simplicitate gradientes interficiunt. quando in eos quip
nullo rei sunt lesiones gladios defigunt; mens enim fidelium non iam domus ora
tionis sed spelunca latronis est. quando relicta innocentia et simplicitate sectatis
illud conatur agere. unde ualeat proximis nocere; sed quia contra peruersa haec
omnia uerbis redemptoris nostri per sacras paginas indesinenter instruimur.
Nunc usq: hoc agitur quod factum fuisse phibetur cum dicitur.,

Et erat docens. cotidie in templo..

Cum enim de fidelium admonendam mala subtilitate erudit cotidie uerbum in templo docet.,
Principes autem sacerdotum et scribae et principes plebis quaerebant illum perdere. et inuenierebant quid facerent illi..
Uel quia cotidie docebat in templo. uel quia latrones iecerunt de templo.